



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

III. De probatione devotorum per contraria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

cutit dorsum tuum filiorum vir- & infor-
ga, pro excessibus tuis occultis & matione
negligentiis multis quotidianis; humili-
ut tibi ipsi vilescas, & nunquam tatis.
alte de te sapias; sicut consulit
sanctus Paulus ad Romanos: *No-* Rom. 12
li, inquit, altum sapere, sed time.
Magnum lucrum animæ, de se
viliter sentire, & Deo omne bo-
num funditus ascribere.

CAP. III. De probatione devo-
torum per contraria.

Gaudete iusti in Domino. *Psal. 32*
In coelo semper est gau-
dium, in inferno semper est lu-
tus, in mundo utrumque ad
tempus, ad probandum homines
bonos et malos.

In æstate sunt dies clariores, *Æstas &*
et in hyeme obscuriores; sic est *hyems*
etiam cum anima devota. *animæ*
Quando gratia Dei venit, et eam *quæ,*
illuminat; tunc multa abscondita
cognoscit et intelligit, cantat et
jubilat cum magna devotione,
quam sentit.

Sed in tempore tentationis,
cum subtrahitur gratia devotio-

nis, tunc est in hyeme & frigore,
in obscuritate intellectus, & in
pavore mentis. Tunc patientia
est necessaria, & Deo magis ac-
cepta, crescunt virtutes per ad-
versa, & augentur per patientiam
æterna præmia.

Humiliatur anima & purgatur
per flagella, confunditur super-
bia, & evanescit vana gloria.

2. Quamdiu vivit anima in
corpore, exercetur in utroque,
pro profectu ampliore in Christi
amore.

*Ars mag-
na nosse
uti bonis
& malis.*

Magna ergo ars, magna vir-
tus est, bene uti bonis & malis.

Benedic ergo anima mea Do-
mino in omni tempore; lauda
Deum tuum Sion die ac nocte; &
erit merces tua magna utrobique
coram Deo in cælo & in terra,
& omnia servient tibi prospera
& adversa, bona & mala, læta &
tristia.

Rom. 8.

Unde Apostolus Paulus ait:
*Diligentibus Deum omnia coo-
perantur in bonum, & nihil de-
erit timentibus eum. Beati, qui in
omnibus sequuntur voluntatem
Dei.*

CAP.